



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem
omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S.
Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum
triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

Svmmarivm Homiliæ Octavæ Seqventis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

S V M M A R I V M

HOMILIE OCTAVÆ SEQUENTIS.

Describit Evangelium Scribas & Phariseos, accedentes Christum & ab eo petentes signa, quæ Christus illis denegat. Rationes declarat ipse Evangelista b. Prima: quod accesserint, Tentantes eum c. ut olim fecerant patres eorum annis quadraginta d quorum malitia dæmonis superat malitiam tentatoris e. Secunda: quia generatio est prava, tortuosa, peruersa f. Tertia: quia generatio est adultera g. Quarta: quia signa petunt de cælo, quibus facile est imponere calumniam h & sine vlllo fructu i. Optimo iure illos repellit, vipote superbos in profundum maris & terræ viscera k illos quoque confundit exemplo Ninivitarum l & Reginæ Saba, quibus nos quoque instruit m.

a §. 1.
b §. 2. 3.
c §. 4.
d §. 5.
e §. 6. 7. 8.
f §. 9.
g §. 10.
h §. 11.
i §. 12. 13.
k §. 14.
l §. 15.
m §. 16.

- §. 1. Obstupescere Christum retrogradi, ut olim sol tempore Ezechiele retrogressus est, causam inquiramus.
- §. 2. Non commouetur Christus, eo quod signa petant, quinimo non petentes, fert moleste.
- §. 3. Non offendit Christum, quod Magistrum vocent, nec quod multiplicata quarant signa.
- §. 4. Accesserunt tentantes. Tentant hi Christum, ut patres eorum, quia post congestas blasphemias, ab eo requirunt beneficia: Generatio mala.
- §. 5. Volumus signum. Christi miracula vilipendunt, & ut homines derelictos eos Osee deserit, igni reseruantur, ut leprosi vestimentum.
- §. 6. Præcurrunt illi malitiæ diabolum, sicut alij meritis & sanctitate ipsos Angelos.
- §. 7. Sicut in illis connectitur malitiæ stultitiæ, sic ipsum diabolum longè præcurrunt.
- §. 8. Grauior est Phariseorum malitiæ, quàm ipsius dæmonis: hoc autem patet in Iob, & Christi passione.
- §. 9. Generatio prava. Pharisei generatio præpostera, velut horologij magister, qui
- vellet, ut motus solis suo se horologio conformaret.
- §. 10. Sunt Pharisei, generatio præpostera, Sanctorum vero recta, & sicut illa est pennis scaturigo, ita & hæc gloriæ principium.
- §. 11. Generatio adultera. Sunt Pharisei generatio adultera, qui sponsum ore celebrant, & amicum corde. Hinc Hieremie similes.
- §. 12. Signum quærit. Quærit signa de cælo petierunt: quæ erant talia, quæ faciliori ratione possent adscribi diabolo.
- §. 13. Signum non dabitur. Signa petebant, quæ admirationem tantummodo mouerent, ab intentione Christi prorsus aliena.
- §. 14. Petiit mundus signum in aëre, cuius vires sunt, sicut tauri, Christi verò sunt unicornu.
- §. 15. Signum Ionnæ. Detradit Christus superbos illos in profundum, qui cælum scandebantebantur.
- §. 16. Viri Ninivite. Omnes Ninivite, visuerunt, de quorum penitentia, & Regina Saba sapientia conscribitur aptum medicinale Recipe.